

durissimo lapide aquaz eduxit pplo sirienti.
Sicut ponit **Ero. xvij. ca.** Grauitate a ferro abstulit: cu tpe helisei de securi excussumz in aqua demersum supnatant. vt notat de pte. di. ij. c. reuera. Refrigerauit ardore ignis qui tres pueros in illu iniecit: nec minimo lesit. Et habet **Daniel. iij. c.** Et alia innumera fecit: ta in veteri q in noua lege. sicut etiaz cospicim? in opibus miraculosis. **Tercio** dicit dñs rōe annihilationis: si eni vellet in nihilum cuncta redigeret. **Un̄** **Dicere. ca. ij.** dicebat. **Torripe me dñe: verū in iudicio z nō in furore tuo: ne forte ad nihilū rediges me.** **Tñ** aliqui ptra hoc arguūt: qm̄ deus est causa rerū vt sint p suā bonitatē. qz fm̄ **Aug?** in primo de doctrina xpiana. Inquantū deus est bonus summ? Si ergo deus nō p̄t nō esse bonus: neqz videt q possit facere vt res non sint: et ex cōsequenti nec illas annihilare. Ad hoc rñdet **tho. prima pte. q. ciiij.** **Qd de?** benedictus nō p̄dixit res in esse agēdo ex necessitate nature. **Qd si** esset verū: nō posset rē aliquam annihilare: sicut nec p̄t a sua natura mutari. **Prodit** aut oēm creaturā ex libera voluntate ex q̄ esse ipius creature dependet. **Cōseruat** vero deus res in esse: inquantū eis cōtinue influit esse. Sicut itaqz aīqz res essent: potuit eis nō cōmunicare esse: et sic eas nō facere. Itaqz postqz iā facte sunt: p̄t eis nō influere esse: et sic esse desisterēt absqz p̄iudicio diuine bonitatis q nō depēdet ex rebus creatis. Et licet posset de? res annihilare: nihil tñ oīno in nihilū redigir̄: ex eo q magis manifestat potētia diuina in rerū cōsideratōe qz in illarū annihilatione. **Ideo** sapiēs **Eccl̄s iij. ca. ait.** Didici q oīa opa q̄ fecit deus: p̄seuerent in eternū. Dicta sunt hec de potestate dei excelsi: vt sic mortales hoīes amplissimū: sempiternūqz dñm eius cōtuentes maiestati sue subesse nō repugnēt. **Ipe** nanqz est deus magn? dñs et rex magn? sup oēs deos. **Ipe** est rex regū: et dñs dñantū: cuius eterna potestas: q nō auferet ab eo. **Ipe** est qui domat colla supba: z cōcidit ceruices peccatorū. **Ipe** deniqz est: de quo **Paul?** scripsit. i. ad **Thi. i. ca.** Regi seculorū immortali z inuisibili soli deo: honor et gloria in secula seculorū.

Sermo secundus de simplicitate dei: cōtra idolatras et colentes hoīes: atqz celestia corpora.

Spiritus est deus et eos q adorāt eū in spiritu et veritate adorare oportet. **Saluato-**

ris nostri verba sunt ista originaliter **Johis iij. ca.** Qui deū verū rē aliquā corporeā esse suspiciant: pfecto in laqueū incidūt erroris: pñtiosissime falsitatis. **Nā** licet nulla creatura eius magnitudini valeat cōparari: nihilominus cuncta q̄ corpis inde in suo esse p̄ficiuntur: ab illi? natura sunt penitus aliena. **Est** quidē de? vere et summe simplex. vt **Aug.** docet in. vi. de trini. **Ideo** tenendū est firmiter vt scūs **Tho.** docet. i. pte. q. iij. **Ex** in deo nō est cōpositio neqz p̄tū cōstitutiuarū neqz forme et materie: neqz in eo est aliud natura et suppositiū: neqz aliud natura et esse. **Neqz** est in eo cōpositio generis z differētie: neqz subiecti z accidētis. **Sz** vt facili? dei simplicitatē capiamus: in pñti sermone tres veritates theologicās explicabimus.

Prima q deus est spiritus.

Secundo q in deo nō est cōpositio forme et materie.

Tercia q deus i cōpositōz aliorū nō venit.

De de? est spūs: et nullo mō p̄t esse corpus vel aliqd corporeū. **Capi. primū.**

Prima veritas: q deus nō est corpus

Hoc declarat a **Tho. pma pte. q. iij.**

Primo qz nullū corp? mouet nō motum: et deus est principiū mouēs immobile.

Secundo: qz de? est id qd est nobilissimū in entibz: qd cuncti sapiētes: p̄fidentur. **Impos-**

sibile autē est aliquod corpus dari nobilissimū omnīū entīū. **Nam** corpus aut est viu-

num aut nō viuū. **Corpus** viuū nobilius est corpore nō viuū. **Corpus** autē viuū non vi-

uit inquantū corpus: quia sic omne corp? vi-

ueret. **Oportet** ergo q viuat per aliqd aliud

sicut corpus nostrū viuit per animā. **Illud**

ergo p quod viuit corp? nobilius est qz cor-

pus. quare impossibile est deū esse corpus.

Sed arguere possumus q deus sit corpus

quinqz rōnibz.

Primo rōne attributionis.

Secundo rōne figurationis.

Tercio rōne testificationis.

Quarto rōne situationis.

Quinto rōne terminatōis.

Primo arguitur q deus sit corpus rōne

attributionis. **Nam** scriptura attribuit deo

trinā dimensionē q̄ spectat ad corpus. **Scri-**

bitur enī **Job. xi. ca.** Excelsior est celo: et qd

facies pfundior inferno et vnde cognosces:

longior terra mensura ei? et latior mari. **Sz**

ex huiusmodi verbis nō cōcluditur q deus

sit corpus: quia sacra scriptura cum trinā di-

ensionē deo tribuit sub similitudine cōstituti-

corporē: quantitatē ipius virtualē designat:

vtpura per pfunditatē: virtutē cognoscendi
 occulta. Per altitudinē excellentiā maiesta-
 tis sup oīa. Per longitudinē durationē sui
 esse. Per latitudinē affectū dilectōis ad oīa.
¶ Vel vt Dionisi⁹ dicit in li. de diuinis noīb⁹
 Per pfunditatē dei intelligit incōprehensi-
 bilitas essentie eius. Per longitudinē pces-
 sus virtutis oīa penetrantis. Per latitudinē
 superētēio ei⁹ ad oīa inquantū. s. sub ei⁹ ptes-
 ctione oīa cōtinent. **¶** Secūdo possum⁹ ar-
 guere: q⁹ deus sit corpus rōne figuratiōis.
 Omne nāq⁹ figuratiū est corpus: cū figura
 sit q̄litas circa q̄ritatē. Deus autē videt esse fi-
 guratus. **¶** Nā Benef. i. ca. dicit. Faciam⁹ ho-
 minē ad imaginē similitudinē nostrā. Figura
 vero dicit esse imago: sed ex hoc nō cōcludit⁹
 q⁹ deus sit corpus: q⁹ hō dicit esse ad imagi-
 nē dei nō fm corpus sed fm id q̄ homo excel-
 lit alia aīalia: q̄tū ad rōem et intellectū: que
 sunt res incorporee. **¶** Tercio arguimus q⁹
 deus sit corp⁹ rōe testificatōis. Testat enim
 scriptura deū hēre ptes corpis. **¶** Vñ in ps di-
 citur. Oculi dñi sup iustos: et aures ei⁹ in p-
 ces eoz. **¶** Et iterū. A facie dñi mota est terra.
 Et Job. x. ca. Manus tue dñe defecerūt me.
¶ Ad hoc rōdemus q⁹ locutōes hōmōi meta-
 phorice sunt accipiēde. ptes quidē corporee
 attribuunt deo rōne suoz actū: fm quandā
 similitudinē: sicut actus oculi est videre. **¶** Vñ
 oculus de deo dictus significat virtutē eius
 ad videndū suo mō intelligibili: et sile est de
 alijs. **¶** Quarto arguimus rōne situatōis:
 situs nō cōuenit nisi corp⁹: sed ea q̄ ad sitū p-
 tinent dicunt de deo. **¶** Nā scribit Esa. iij. ca.
 Stare ad iudicandū dñs. et. vi. c. Vidi dñm
 sedentē. Stare itaq⁹ et sedere ad sitū spectāt:
 ergo deus est corpus. **¶** Ad hoc vt predictū
 est rōdemus: q⁹ ea q̄ ad sitū ptinent: attribuū-
 tur deo fm quandā similitudinē. Et sic dicit se-
 dens ppter suā immobilitatē et auctoritatē: et
 stare ppter suā fortitudinē ad debellandū oē
 qd ei aduersat. **¶** Quinto arguim⁹ rōne ter-
 minatōis: nihil vtiq⁹ pte esse termin⁹ motus
 localis a quo et ad quē: nisi sit corpus vel ali-
 quid corporeū. sed deus in scriptura dicit esse
 terminus motus localis vt ad quē. fm illud
 ps. Accedite ad eū et illuminamini. Et vt a
 quo. in xra illud Hier. xvij. ca. Recedentes
 a te in terra scribebūt. **¶** Hec rō soluit qm ad
 deū non accedit passib⁹ corp⁹: alib⁹ cū vbiq⁹
 sit: sed affectib⁹ mentis: eodēq⁹ mō ab eo disce-
 ditur. Ita q⁹ accessus et recessus sub similitu-
 dine localis motus designant spiritualem
 affectum.

¶ Propter summam simplicitatem que est in
 deo nō cadit in eo cōpositio materie et for-
 me. **¶** Capitulum secundū.

¶ Secunda veritas: q⁹ i deo nō est cōpo-
 sitio forme et materie. Prima rō scdm
 Tho. est: q⁹ materia id qd est in potē-
 tia est. Et de⁹ est actus pur⁹ nō hñs aliqd de
 potētiā. Secunda rō: q⁹ oē cōpositū ex
 materia et forma est corp⁹. Quātitas enī di-
 mensiua est: q⁹ pmo inest materie: et de⁹ nō est
 corpus. Tercia rō: q⁹ oē cōpositū ex materia et
 forma est pfectū et bonū p suā formā. vñ opor-
 tet q⁹ sit bonū p pteicipationē fm q⁹ materia
 pteicipat formā. Purū autē qd bonū et optimū
 qd est de⁹ nō est bonū p pteicipatōz. Quia bo-
 nū p essentia est pri⁹ bono p pteicipationē. Et
 si qd instaret q⁹ in deo ponit ira et gaudiū ac-
 filia q̄ sunt passiones cōiuncte. vt dicit Aris.
 pmo de aīa. Rndere possum⁹ q⁹ ita tribuit
 deo fm similitudinē effect⁹. Affectus nāq⁹ ire ē
 punire. punitio igit⁹ dei ira est ei⁹. et sic de re-
 lijs q̄ nullo mō de deo accipiunt fm passio-
 nis defectū. Ex p̄dictis sequit⁹ q⁹ de⁹ est idē
 q⁹ natura sua siue essentia. qm i his q̄ nō sunt
 cōposita ex materia et forma in qbus indiui-
 duatio nō est p materiā indiuiduāle. i. p hāc
 materiā. s. ipe forme p se indiuiduant. opor-
 tet q⁹ ipe forme sint supposita subsistētia. vñ
 in eis nō differt suppositū et natura: sicut i res-
 bus cōpositis ex materia et forma. necesse est
 q⁹ differat natura vel essentia et suppositū. Cū
 itaq⁹ de⁹ vt dictū est nō sit cōpositus ex ma-
 teria et forma oportet q⁹ de⁹ sit sua diuinitas
 sua vita et quicqd aliud de deo sic p̄dicat.

¶ Qd de⁹ nō venit in cōpositōz alicui⁹ creatu-
 re neq⁹ sicut pncipiū formale nec materiale.
¶ Tercia veritas est **¶** Capit. terciū.
¶ Qd de⁹ i cōpositōz alioz nō venit. neq⁹ sic
 pncipiū formale neq⁹ sic pncipiū ma-
 teriale. q⁹ est cā pma efficiēs: cui⁹ ē pmo et p se
 agere. qd autē venit in cōpositōz alicui⁹ nō est
 pri⁹ et p se agēs: sed magis cōpositū. Et licet
 Aug⁹. li. de p̄bis dñi dicat. q⁹ verbū dei qd
 est de⁹ ē forma nō formata. q̄re sequeret⁹ q⁹ cū
 forma sit ps cōpositū. **¶** Vñ scūs tho. dicit q⁹ p̄ba
 scī Aug⁹. sunt sane intelligēda. qm verbū
 in diuinis est forma exēplaris et non forma
 q̄ est pars alicuius cōpositi. Quare ex dictis
 liquido cognoscere possumus. qm multipli-
 ceter errauerūt antiqui. **¶** Nā quidā dixerūt q⁹
 deus esset aīa mundi que infor-mat celū et ter-
 rā et oībus viuētib⁹ ministrat vitā. Et q⁹ p
 q̄tuor elemēta fusa vniuersa sub celo gignat
 ptegat et corrumpat. fm illud Virgilij i. vi.
 Principio celū et terras camposq⁹ liquētes.

Lucentēq; globū luna titaniacq; astra. **S**pi-
ritus intus alit totaq; infusa p artus. **D**ēs
agitat molē et magno se corpore miscet. **I**nde
hoīm pecudiq; gen⁹ vitē volatū. **E**t q; mar-
moreo fert mōstra sub equore pont⁹. **H**ec opi-
nio impia est et falsa qm̄ vt est p̄dictū nō pōt
esse de⁹ ppter suā pfectionē. formale neq; ma-
teriale pncipiū creature. licet sit causa effici-
ens et finalis oīm rerū. qz est alpa et o p̄inci-
piū et finis. **A**lij vero tenuerūt celestia corpa
esse deos. de quib; ita **L**actanti⁹ scribit li. ij.
diuinariū institui. **P**hilosophi stoice discipli-
ne in ea sunt opinione vt oīa celestia q; mouē-
tur in deoz numero habenda esse censeant.
Siquidē **L**ucilius stoicus apud **C**iceronē
sic loquit. **H**anc ergo i stellis cōstantiā hanc
tantā in tā varijs cursib; ouenientiā nō pos-
sum intelligere sine mēte rōne cōsilio que cū
in siderib; esse videmus nō possum⁹ ea ipa
nō in deoz numero ponere. **E**t paulo infra
Lactantius sic sequitur. **V**os o philosophi
nō solū indoctos et impos verū cecos et in-
eptos et deliros p̄bamus. qm̄ ignorantiā im-
peritoz vanitate vicistis. **I**lli enī solē et lunā
vos etiā sidera deos putatis. **N**onulli vero
ad hāc venerūt sup̄stitionē vt hoīes putave-
runt fuisse deos. nā vt **L**actanti⁹ refert li. pri-
mo. **C**oluerūt egip̄ij **I**sidē **B**aui **I**ubam
Dacedones cabirū. **P**eni vranū. **L**atini
faunū. **S**abini **F**anctū. **R**omani quirinū.
Athenienses mimerū. **S**amiū iunonē. **P**a-
phij venerē. **A**emniū vulcanū. **M**axij liberū.
Delfici apollinē. qui oēs fuerūt hoīes. **E**x q;
ibi **L**actanti⁹ subdidit. **D**arcus tullius: q;
nō tm̄ p̄fecit orator sed phus fuit. **S**iquidē
solus extitit platonis imitator in eo libro q;
seipm̄ de morte filie cōsolatus est. nō dubita-
uit dicere deos q; publice colerent hoīes fuis-
se. **E**t in libro de natura deoz **C**icero sic fa-
tetur. **S**uscepit aut vitā hoīm cōsuetudoq;
cōis vt bñficijs excellētes viros in celū fama
ac volūtate tollerēt. **H**inc hercules. hinc ca-
stor. hinc pollux. hinc esculapius. hinc liber.
In primo vero libro diuinariū institutionū
Lactanti⁹ deridet illos q; iouē deū appellāt.
Vana inq; p̄suasio est eozū q; nomen iouis
summo deo tribuūt. **E**t iterū ibi de ioue ait.
Antiquus auctor emerus q; fui t ex ciuitate
messana res gestas iouis et ceteroz q; diū pu-
tantur collegit historiā quā cōtexuit ex titu-
lis et inscriptōib; sacris q; in antiquissimis
tēplis habebant. **D**arimeq; in fano iouis
trifili. vbi aureā columnā positā esse ab ipo
ioue titulus indicabat in q; colūna sua gesta
p̄scripsit vt monumenta essent posteris rerū

suarū. **E**t iterū infra ait. **O**limpus ambiguū
nomē est et mōtis et celi. **I**n olimpo aut iouē
habuisse docet historia eadē q; dicit. **E**adem
tēpestate iupiter i mōte olimpo maximā p̄tē
vite colebat. **E**t eo ad eū in ius veniebat si q;
res in cōtrouersia erant. **N**ē si quis qd nouū
inuenerat qd ad vitā humanā vtile esset eoe
niebat atq; ioui ostēdebat. **E**t iterū ibi **L**a-
ctantius ait. **C**icero de natura deoz cū tres
ioues a theologis notari diceret ait terciū fuis-
se cretensem saturni filiū cui⁹ in illa insula se
pulcrū ostendit. **Q**uō ergo p̄t de⁹ alibi esseri
uus. alibi mortuus: alibi h̄re templū. alibi se
pulcrū. hec ille. **U**bi ostēdere cōtendit qd iu-
piter hō mortalis nō deus fuit. **S**ed mirū
nempe est qd de romanis antiq; p̄dicat ad
tantā nāq; dementiā deuenerūt vt etiā mere-
trices deas colerēt. **N**ā vt dicit **L**actantius
Romuli nutrit lupā honorib; est affecta di-
uinis. fuit enī faultuli vxor et ppter vulgati-
nois vtilitatē lupā inter pastores nuncupa-
ta est. vnde etiā lupanar dicit. **Q**uedā insup
meretrix **L**eena dicta cū tyrannū occidisset
p̄ dea est habita. **E**t qz nephas erat simula-
crū cōstitutū meretricis in tēplo apollinis effi-
giem posuerūt cui⁹ nomē gerebat. **C**olebant
adhuc faulā meretricē. **E**t de alia flora refert
Lactanti⁹ q; cū magnas opes ex arte meretricia
q̄siuisset p̄lm romanū scripsit heredē certās
q; pecuniā reliq; cuius ex annuo fenore su⁹
natalis dies celebret editōe ludoz q; appel-
lant floralia. **Q**uō qz senatui flagitiosum vi-
debat ab ipo noīe argumentū sumi placuit
vt pudēde rei quedā dignitas adderet. **P**ea
fuxerūt esse q; florib; p̄sit eāq; oportere pla-
cari vt fruges cū arborib; aut vitiū bñ p̄spe-
req; florescerēt. **E**t ne singulis immoremur
tā romani q; ceterē natiōes idolatre vt **P**aul⁹
scribit ad romanos. i. ca. **P**utauerūt gloriā
in corruptibilis dei i similitudinē imaginis cor-
ruptibilis hoīs et volucrū et quadrupedū et
serpentū. **A**ōtra q; ita pulcre scriptū est **S**a-
pien. xij. ca. **V**ani sunt oēs hoīes in q; nō
subest scia dei. **E**t de his q; vident bona non
potuerūt intelligere eū q; est. **N**eq; opib; at-
tendētes agnouerūt q; esset artifex. **S**z aut
ignē aut spiritū aut citatū aerē aut girū stel-
larū aut nimā aquā aut solē aut lunā recto-
res orbis terrarū deos putauerūt. **Q**uodū si
specie delectati deos putauerūt sciāt quāto
his dñator eoz speciosior est. **S**peciei enim
generator hec oīa cōstituit. hec ille. **I**llos ve-
ro quib; veritas iam effulsit neq; paganorū
deliramentis innitimur satis supq; reprehē-
sibiles sumus. qz deū verū magnū et oīpotē

tem agnoscentes illi ut decet reuerentiā debi-
tam nō impendim⁹ neq; ad pmissam nobis
ab eo hereditatē celestis regni pcuramus ac-
cedere. Ad quā nos ipse pducatur q̄ est benedi-
ctus in secula seculorū Amen.

Sermo tercius de incarnatōe iesu xp̄i in
quo declarat summa liberalitas dei p̄ris et
tps incarnatōis cōueniens.

Aubi venit ple-
nitudo temporis misit de⁹ filiū
suū factū ex muliere factū sub le-
ge ut eos q̄ sub lege erāt redime-
ret ut adoptionē filiorū reciperemus. Docto-
ris gentium verba sunt ista origināliter ad
Gala. iij. ca. Descendit de celo in vterū vir-
ginis deus dei filius ut hoīem perditū redi-
meret atq; reduceret ad regna celoz. Post la-
psum siquidē primoz parentū humanū ge-
nus p longissimā tempoz spacia sub diuina
indignatōe pmāsit. Dēs eramus filij ire nec
dabat cuiq; aditus ad paradysum. Trahēbā-
tur p̄res ad lūmbū: ibiq; habitabant in tene-
bris. nō valētes attingere ad lūmē desiderabi-
le visionis diuine. Dēs iusti erant in luctu
et mundus totus paucissimis dūtaxat exce-
ptis: idolis deditus post principē tenebrarū
currebat. Tandē recordatus deus q̄ pulvis
sumus: misertus est figmētī sui. Et ira depo-
sita apuit fontē pietatis sue. misitq; filiū suū
dilectū qui verus deus et homo: malis oībo
finē dedit. Tū vero nos deceat tanti benefi-
cij memores esse. ne ppter ingratitudinē im-
pii apud altissimū inueniamur. Idcirco in
hoc sermone de incarnatōe iesu xp̄i loqui in-
cipiemus. de qua dixit ap̄ls paulus verba in
thematē posita. ubi tria mysteria erunt decla-
randa.

Primū dicit charitatis.

Secundum tarditatis.

Terciū temporalitatis.

De varijs opinionib; circa incarnationē
christi. si homo nō peccasset.

Capitulum primum.

Primū mysteriū declarandū dicitur
charitatis. In quo deuote cōsideran-
dum est q̄s ardētissima fuit erga nos
charitas dei patris q̄ p nobis peccatoribus
filiū suū carnē assumere et crucē fecit subire.
Sed p spiritali nō quidē curioso ingenij
nr̄i exercitio circa dubiū illud aliquātsper
insudabimus quo q̄ri solet. An si nō peccas-
set adā christus fuisset incarnat⁹. Et de hoc
apud theologos p̄tissimos duplex extat opi-
nio. Prima eoz qui tenent q̄ si nūq; adā la-

psus esset adhuc deus homo factus fuisset.
ut dicit Bonauē. in. iij. di. i. Isti distinguūt
de incarnatōe. Nam cum incarnatio sit car-
nis assumptio. caro assumpta pōt cōsiderari
dupliciter. aut q̄tum ad substantiā aut q̄tum
ad defectū passibilitatis. si fiat sermo de ipsa
q̄tum ad defectū passibilitatis et mortalita-
tis: tūc si nō peccasset homo et redimend⁹ nō
esset xps mortalē carnē nō assumpsisset. Si
vero loquamur de incarnatōe fm q̄ dicit as-
sumptionē humane nature simpliciter. i. si-
ne defectibus et penalitatib; sic volūt isti q̄
si nūq; peccasset homo: adhuc xps fuisset in-
carnatus. Assumunt autē huius opinionis
cōfirmationē septē p̄suasinas rōnes.

Prima dicit hoīs perfectio.

Secūda humane nature dispositio.

Tercia dei manifestatio.

Quarta humane nature exaltatio.

Quinta meriti cōparatio.

Sexta matrimonij significatio.

Septima aīe christi nobilis cōditio.

Prima rō cōfirmans opinionē prefatā dicit
hoīs pfectio. Incarnatio quippe facit ad ho-
minis pfectionē. et p cōsequens ad pfectionē
vniuersi in hoc q̄ cōpletionē dat humano
generi. Primo q̄tum ad illud qd̄ respicit na-
turā. Secundo quantū ad illud qd̄ respicit
gratiā. Terciū q̄tum ad illud qd̄ respicit glo-
riam. Primo q̄tum ad illud qd̄ respicit na-
turā. q̄ i incarnatōe est sūmmatio modorū
educendi hoīem in esse. Quadruplex nanq;
modus est educēdi hoīem in esse. Prim⁹ nec
de viro nec de muliere sicut fuit adā. Secun-
dus de viro sine muliere: sicut eua. Tercius
de viro muliere: sicut educimur oēs. Quar-
tus de muliere sine viro: sicut educ⁹ est chri-
stus. Sed hic quartus est in incarnatōe. et
go si homo stetit incarnatio fuisset. aut si
nō: tūc vnus modus pductōis hoīm defice-
ret. et sic vniuersum pfectū nō esset qd̄ est ma-
ximū incōueniēs. Dicit nāq; Aug⁹. in li. de
libero arbitrio. q̄ vniuersū h; tantā pfectio-
nē q̄ nemo p̄t in eo imperfectū aliqd̄ rōnabi-
liter inuenire: nec rōnabiliter aliqd̄ addere.

Secūda incarnatio facit ad pfectionē ho-
minis q̄tum ad illud qd̄ respicit gratiā. Nam
xps est caput ecclesie nō solū fm diuinā natu-
rā. s; etiā fm humanā sicut dicit Aug⁹. sup
Johem. Sed si hō nō peccasset adhuc esset
corp⁹ ecclesie. aut ḡ dei filius incarnaret. aut
corp⁹ eccl̄ie remaneret acephalū sine capite.

Tercio incarnatio facit ad pfectionē hoīs
quantū ad illud qd̄ respicit gloriā. Ut enim
inquit Aug⁹. li. de spiritu et aīa. totū homi-